



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 57. Hoc responsum approbatum, & acceptatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. „cat, proculque semper ab omni conta-  
A. C. 1563. „gione pestilentis doctrinæ remotus sit,  
„ut tandem uberrimos fructus, at  
„que utilitates Majorum suorum glo-  
„riæ, & Christianorum omnium expe-  
„ctationi pares reddere valeat: nec mi-  
„nus eadem Synodus illam rogat, ut  
„auctoritate sua, quæ maximi in Re-  
„guo debet esse ponderis, apud omnes  
„Franciæ Ordines omnem adhibeat co-  
„natum, quatenus hæretici concilia-  
„tis animis ad unitatem Ecclesiæ re-  
„vocentur. Ceterum quacunque in  
„re Synodo licuerit Reginæ studium  
„ad Religionem restituendam juvare,  
„nunquam passura est, ut quidquam in-  
„dustriæ, ac pietatis suæ desiderari  
„possit: ideo præter communem Ec-  
„clesiæ universæ correctionem, tem-  
„porum conditioni consentaneam, suam  
„quoque operam navabit, ut ea præ-  
„scribantur, quæ ex afflato Sancti Spi-  
„ritus ad Gallicarum Ecclesiarum utili-  
„tatem conferre cognoverit.,,

## §. LVII.

*Hoc responsum approbatum, &  
acceptatum*

Pallav. c. 3. *n. 10.* Priusquam hæc responsio in usum  
deduceretur, eadem in Congrega-  
tione die septimo Junii habita præle-  
gebatur præsentibus cunctis Patribus,  
*quibus*

conta-  
tus sit,  
us, at-  
m glo-  
n expe-  
nec mi-  
gat, ut  
in Re-  
omnes  
eat co-  
ncilia-  
siæ re-  
que in  
studium  
juvare,  
am in-  
siderari  
em Ec-  
tem-  
, suam  
a præ-  
cti Spi-  
n utili-  
, &  
usum  
gregar-  
præle-  
tribus,  
quibus

quibus ea, quæ ipfis minus probaren-  
tut, corrigendi libertas dabatur, ubi  
quilibet suam mentem edicebat, prout  
unusquisque aut æquitatis amore, aut  
præconceptæ opinionis impetu regeba-  
tur: nonnulla tamen mutabantur, ac  
de Reginæ Administratricis zelo erga  
veram Religionem modestior sermo in-  
spergebatur, minusque asperis verbis  
perstringebatur pax, quam Franciæ Rex  
cum Regni sui hæreticis pro ditionis  
tranquillitate se inire fuisse coactum sibi  
persuaserat: itaque factis hisce mutationibus,  
ac levibus additionibus responso promulgabatur (\*).

Sæcul.XVI.  
A.C. 1563.

### §. LVIII.

(\*) Evidem Continuator hac super re Pal-  
lavicum, & illum quidem unicum allegat,  
hic tamen de factis ejusmodi mutationibus,  
aut asperitatis moderatione, seu pacis initæ  
excusatione ne verbum quidem habet: nihil  
autem circa hæc mutatum finisse potius ex his  
ejusdem Pallavicini verbis colligi potest, opor-  
tuit, inquit ille, ut aliqua certa responso ex-  
cogitaretur, idque summa habita ratione, dum  
varii Patres, & præsertim Hispani denuncia-  
bant Legatis, se obstituros, si vel unica appone-  
retur syllaba, quæ consensionem ullam de recenti  
concordia præferret.

Postea